

1890.



79. 21
OTTONIS NATHANAELIS NICOLAI,
S. S. THEOLOG. LICENTIATI ET AD D. D. UDALRICI
ET LEVINI MAGDEBURG. ÆDEM V. D. MINISTRI

MELETEMA

DE


SERVIS JOSEPHI
MEDICIS

AD GENES. L, 1, 2.

CONSCRIPTUM

ET

ÆSTUMATISSIMO SUO SOCERO,
NATALEM SEPTUAGESIMUM III. NON. MAJ.
NUMBURGI CELEBRANTI,
OBSERVANTIÆ ET CONGRATULATIONIS
ERGO DICATUM.



MAGDEBURGI,
PRELO GODOFREDI VETTERI,
M. DCC. LII.

OTTOVIS NATHANAEILIS NICOLAI
ET THEOLOG. LICENTIATI ET AD D. D. UDALRICI
ET LEVNI MAGDEBURG. AEDM V. D. MINISTRI

MILETENA

DE

SERVIS JOSEPHI
MEDICIS

AD GENES. L. I. C.

CONSCRITUM

ET

ASTUMATISSIMO SUO SOCERO
NATALIUM SEPTUAGESIMUM III. NON. MAJ.
NUMBURGI CHERBANI
OSSEVANTIE ET CONGRATULATIONIS
ERGO DICATUM.



MAGDEBURGA

FREDO. GODEFRIDI VETTERII.

M. DCC. LII.



V I R O
NOBILISSIMO, EXCELENTISSIMO ATQUE
EXPERIENTISSIMO
D O M I N O
JOHANNI MELCHIORI
DRECHSLERO,
MEDICINÆ DOCTORI
EJUSDEMQUE PRACTICO CELEBERRIMO AC
FELICISSIMO
SEREN. SAXON. DUC. WEISSENFELS. ET QUERFURT,
CONSILIARIO ET ARCHLATRO
SPECTATISSIMO
REV. CAPITULI ET CIVITATIS NUMBURGENSIS
UT ET
REGIO ELECTORALIS SCHOLÆ PORTENSIS, NEC NON
PRÆFECTURÆ FREIBURGENSIS
PHYSICO ORDINARIO AC MERITISSIMO
SOCERO SUO ÆTATEM DEVENERANDO
OMNIS GENERIS FELICITATEM AC PROSPERRIMA
QUÆVIS PRECATUR
A U T O R.

VIRI
NOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO ATQUE
EXPERIENTISSIMO
DOMINO
JOHANNI MELCHIORI
DRECHSLERO,
MEDICINAE DOCTORI
EJUSDEMQUE PRACTICO CELEBRISSIMO AC
FELICISSIMO
SERENISSIMO DUC. SASSON. DUC. BRUNSVICENSIS ET LUCURAT.
CONSILIARIO ET ARCHITRACO
SPECTATISSIMO
CIVITATIS ET CAPITULI CANTONIS NEMBURGENSIS
UT ET
REGIO ELECTORALI SCHOLAE PORTENSIS, NEC NON
PRAEFECTURAE FREIBURGENSIS
PHYSICO ORDINARIO AC MERITISSIMO
SOCERO SUO RETATAM DEVENERANDO
OMNIS GENERIS FELICITATEM AC PROSPERITATEM
QUAEVS PRAECIPU
AUTOR





§. I.

Multa sunt, eaque notatu dignissima, quæ pius & attentus Lector in Josephi illius, Patriarchæ celeberrimi, omniumque Jacobi filiorum facile principis vita, cujus curriculum, mirifice varium, per Mosen nobis recensuit Spiritus S., observabit. Nunc enim fata ejus, quæ ab incunabulis ad ultimum usque halitum expertus est, quibusque inscrutabilia summi numinis judicia, & impervestigabiles vias ejus esse *Rom. XI, 33.* Deumque *segregare sibi* nos rapiunt; nunc virtutes sancti viri, Deo pariter ac hominibus comprobata, ad promptam assiduamque nos invitant imitationem. Eminet inter illas, ac primæ veluti magnitudinis stella emicat, singularis ejus erga demortuum patrem Jacobum, post fata etiam dilectissimum, pietas, utpote quam sacre paginæ hisce describunt: *Cecidit Josephus super faciem patris sui, & flevit super eo, & osculatus est eum.* Postea præcepit Josephus servis suis medicis ad *condiendum patrem suum; condierunt ergo Medici Israël.* Gen. L, 1. 2. In quo sermone medicos quidem illos Ægyptiacos, quibus condiendi munus mandabatur, jam imprimis accuratius aliquanto contemplari animus est, sed & de tenerrimo Josephi in extin-

) (3

a) Juxta *SANTIS PAGNINI* versionem. Radix enim קל in Kal est inusitata, in Niphal autem est separatis v. g. *Exod. XXIII, 6.* & in Hiphil, *separavit a cæteris*, ut *Exod. IX, 4.* adeoque separando singularem prorsus & admirabilem fecit. *Psaln XVII, 7.* Quæ ipsa significatio cum verbo מירבילם mirabilem effecit, concurrit. Hinc *LUTHERUS*, in a. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

tinctum suum Israël em b) affectu quadam præmitti contextus verborum & ordo rerum poscit.

§. II.

Emenso igitur vitæ spatio, filiisque suis, quos convocaverat, ut singulis benediceret, variaque de sepultura mandaret, c) vale- re iussit, pedes suos collegisse super lectulum & obiisse d) Jaco- bum,

b) Hoc nomine idem Jacobus, Josephi pater, denotatur; accepit nempe illud post luctam cum filio Dei ἀπαύω Gen. XXXII, 28. Conf. S. Vener. Domin. D. SALOM. DEYLINGII *disp. de lucta Jacobi cum filio Dei, hab. Lips. 1731.*

a) Præceperat imprimis, ut se cum patribus suis in terra Chanaan sepelirent. Hocque desiderio sine dubio tenebatur 1) in testimonium fidei, promissioni divinæ habitæ; 2) in indicium caritatis, tum erga majores suos, tum erga posteros, a quibus nec in morte divelli volebat; 3) in excitationem pietatis; certum enim est, quod monumenta clarorum virorum posteros etiam ad omnis generis virtutes excitare soleant; 4) denique in spem resurrectionis; nam ad Messiam Jacobum simul respexisse nulli dubitamus, qui in illa terra carnem assumeretur & ex morte resurrecturus erat. Et forsitan Vir sanctus spiritu prophetico, quo pollebat, (liceat enim aliquod conjec- turæ dare) prævidit, post ejus resurrectionem multorum sanctorum, qui obdormierant, corpora cum Christo surrectura esse; ac proinde etiam de suo funere spem concepit, fore, ut cum illis eodem tempore ad vitam revocetur, & ad æternas beatorum sedes admittatur. Siquidem con- stans est Ecclesiasticorum doctorum sententia, sanctos hosce Patriarchas una cum Christo resurrexisse, & in die ascensionis una cum ipso celos petiisse. Vide ALB. SIM. FELDE *decas observationum sacrarum ex patri- bus Apostolicis, Observat. I. FRIDER. ADOLPH. LAMPE iriga questionum p. 734.* & doctiss. CHRIST. MATTH. PFAFFII *disp. de miraculo sancto- rum tempore mortis Christi resuscitatorum contra Woolston. hab. Tub. 1730.*

d) In fontibus est וַיָּנֹעַ defecit, quod LUTHERUS, Et verschied. Quod pe- culiare verbum Rabbini quidem ita expirare significat, ut sine omni ago- ne vel lucta anima ex corpore emigret. Ita enim BEN MELECH in Michlal Joppi h. l. statuit, inquit, significationem hujus vocis esse, mortem facilem, & quæ non sit per diuturnum morbum: מֵתָה קֵלָה מֵתָה חֲדָלָה Et PHILIPPUS AQUINAS, Et Jur- æus in Lexico p. 70 hac voce; indicare mortem repentinam, & que non protrahatur morbo; verba ejus hebræa sunt: מֵתָה מֵתָה מֵתָה Nondum vero ita res hac Rabbi- norum assertione confecta est, ut certo affirmari posset, 70 מֵתָה מֵתָה morien- tium omnem dolorem excludere. Potest enim etiam festinata mors, & illa quidem non præviis longis morbis obveniens, suos habere cruciatus & angores, & non qualemcunque in extremis, laborem. Patiebatur nimis

bum, sub finem capitis antecedentis per Mosen Spiritus S. refert. Quo luctuoso optimi parentis fato Josephus commotus, ruit primo super faciem defuncti, non ex animaliquo viriumque defectu, sed ex singulari quodam pioque in patrem affectu, qualem in mortuos etiam *Syracides* requirit *Cap. XXXVIII. 6.* & in ipso Salvatore deprehendimus erga mortuum amicum, *Job, XI, 15. e)* Postea sine dubio oculos exanimati comprimit, ad implendum id, quod *Cap. XLVI, 5.* Deus ei prædixerat: *Joseph imponet manum suam super oculos tuos.* Præter enim illud, quod morientium pollices eo artificio in volam deprimunt Judæi, ut pugni rugæ cognomentum Dei שרײ (quod omnipotentem significat) *Gen. XVII.* pulchre repræsentent, f) & a morituris Legis volumen, ne immunda rei præsentia id ipsum polluat, removent, imo etiam ægroto ultimum singulenti & animam exhalanti adstantes, vestes suas lacerant, g) antiquissimus Patriarcharum circa morientes a majoribus acceptus mos erat, quod mortuis lumina clauderent, & oculos premerent. Licet enim de hac consuetudine nullum nisi hoc Josephi & Jacobi exemplum Moses habeat, non tamen Josephum eam primum introduxisse opinandum est; siquidem Deus l. c. cum Jacobo de comprimendis ei per filium oculis loquitur, tanquam de re non tunc denique introducenda, sed jam dudum & absque

(4

que

rum etiam Jacobus, ut plerique alii, naturali morte obeuntes, deliquium animi, vires paulatim deficiebant, arteriarum cessabat pulsus, extrema rigescabant, donec tandem anima a corpore resoluta ad Christum migrabat. Nam ne sancti quidem liberi sunt ab hoc stipendio peccati, quin potius difficilem interdum agonem subire eos oportet. Conf. *JOH. WILH. BAIERI*, disp. de agone mortis.

e) Vid. *JOH. ELAI TERSERI Annotationes in Genes. ad h. l. p. 148.*

f) Ut ex autore ritualis libri *Minhagim Cap. ult.* refert *WILH. SCHICKARDUS in jure regio Hebræorum Cap. VI, Theor. XIX.*

g) De quo ritu vid. *JOH. BUXTORFFIUM in Synagog. Jud. e. XXXV.* Cæteros v. g. de aqua omni, ex ædibus tum demortui, tum contignis etiam, in plateam effusa, eo, quod venenatum suum cultrum inibi abluerit Angelus mortis, item de Lucerna accensa in pavimento domus per septem noctes, quod credant, animam defuncti redire ad illum locum, ubi a corpore discessit & deplorare dissolutionem suam &c. jam taceamus; habet autem illos *B. MART. GHEERUS in Opusculis Philol. p. I. seq.* & *JOH. ANDR. QUENSTEDT, in tract. de se, usura veterum,*

que dubio antiquitus usitata. Post hunc Josephum Tobiam juniorem sacerdotis suis id officii præstitisse legimus. *Tob. XIV, 15, h)* Causæ hujus facti variæ afferuntur, tum, ne intuentibus vivis horror ingeratur, tum, ut hoc modo sopor ille noctis diuturnæ, clangore Christi buccinæ finiendus, subinnuatur, tum, ut mundana vanitas & sperata in cælis claritas quodammodo significetur. Præterea os quoque demortui decenter componere solebant, cujus interior maxilla tenui fascia ad verticem adstringebatur, sine dubio tum deformitatis, tum tetri odoris causa; i) id quod & hic adhibitum recte putatur, licet illud Spiritus S. silentio involvat, k)

§. III.

Hæc pietatis officia peragens Josephus, lacrymas præ mœrore fundere cœpit; pergit enim Moses dicendo: *Et flevit, l)* Licet enim Empæctis ineptum videatur, tantum virum hic ab historia sacra auctore sisti, ut molliter & pueriliter adstantem lectulo patris, & muliebriter flentem; in dignissimis tamen Josephi laudibus illud merito ponitur. Nam non solum gentiles, olim hoc tribuerunt heroibus, quod sint ἀειδαύγουσ ἀνδρες, viri, quorum oculi facile in lacrymas resolvi soleant, & qui magno affectu fleant.

Nam

h) Ritum hunc comprimendi oculos mortuorum etiam ad Græcos & Romanos transiisse, illud testatur Penelope, marito oculos claudens, apud HOMERUM *Odys. 24. v. 293.* & ἰοὺ γὰρ κέρας ἐστὶ θάνατον, hic enim honos mortuorum ibidem additur. De Romanis aliunde satis constat, confer. quoque KORNMANNUM *de mirac. mort. P. VII. c. 9.* SELDENUM *L. I. Syned. c. 7. §. 12. p. 355.* & PAULI ARINGHII *Romam subterraneanam L. I. c. 21. §. 12. seq.*

i) Vid. JOH. CONR. DIETERICI *Antiq. bibl. p. 60. seq.*

k) Cæterum, an Hebræi etiam hunc gentium aliarum morem imitati fuerint, quæ annulos digitis morientium detrahebant, unde PLINIUS *Lib. XXXIII. ap. I. circa finem* inquit *Gravatis somno, aut morientibus religione quadam annuli detrahuntur;* id quidem nullo idoneo argumento constat, quamquam etiam negandi nulla ratio in promptu est.

l) Etsi de reliquis filiis nihil addit Autor sacer, verisimile tamen est, ipsos quoque parentis obitum decessisse. Josephi vero solius propter eminentem dignitatis gradum, & singularem in morte patris luctum fecit mentionem. Vid. DAN. RUNGII *Prælectiones in Genes. p. 1460.*

Nam faciles motus mens generosa capit;

verum etiam probatur, imo præcipitur luctus non sine lacrymis in funere amicorum, *Syr. XXXII, 15.* E contrario autem floica ἀπάθεια ceu projectæ securitatis argumentum taxatur, *Esa. LVII, 1.* Et ἀσφογγοί inter pestes novissimi seculi numerantur. *2 Timoth. III, 3.* Ideo luxere pii Stephanum *Act. IIX, 2.* & probabile est, non sine lacrymis; lacrymasque effudit ipse Christus ad sepulchrum Lazari, eo etiam tempore, quo se accingebat ad eundem resuscitandum, & cum certissima spes esset, illum ad vitam propediem esse rediturum, *Job, XI, 35.* Docens hoc ipso, lacrymas cum fide resuscitationis neququam pugnare. Sit tamen modus in rebus, ne scilicet luctus noster cum impatientia, murmure, desperatione, ac fremitu adversus Deum sit conjunctus, aut consolationem, fiduciam, ac spem beatæ resurrectionis evertat. Sint certi denique fines, nimirum, ne, aut ostentatio, aut pietatis simulatio, aut meritum & pro defunctis satisfactionis opinio lacrymas eliciat; maxime autem omnium longe hinc facessat vanitas & superstitio: sed justî doloris testificatio, m) qua in re ad Apostoli mandatum attendendum. *Nolo vos lugere, sicut gentes, quia spem non habent. 1 Thess. IV, 13.*

§. IV.

Imprimis vero Josephi erga demortuum parentem amor ex eo elucet, quando corpus ejus exanime *deosculatur.* Frequens erat osculorum inter Orientales usus, amicorum imprimis, post longam absentiam se mutuo excipientium; de quo disserere, ut de re notissima, nihil attinet. Sic Josephus noster patrem osculatus erat, cum post tantum temporis intervallum, quo ab invicem abfuerant, corporis presentia iterum conjungerentur in Ægypto, tunc enim in mutuos ruebant amplexus, *Gen. XLVI, 29.* Item cum Josephus & fratres se mutuo agnovissent, ipse singulos osculatus est; quod factum esse, non adeo est, cur miremur, nam erant indicia amoris ardentis, & mutui affectus. Sed quis non miretur osculum, quod patri jam figit, cujus anima ad

((

po-

m) Quod imprimis apud Israëlitis posteros luctus pene pro parte sacri cultus habitus sit, annotat *SCHICKARDUS in suo Miscb. at. hamm. p. 170.* Tempus autem, personas, ceterasque hujus luctus circumstantias subus tractat *B. GEIERSUS l. c. p. 11. seq.*

populum suum emigraverat, corpus autem exanime omnis sensus omnisque jucunditatis, ex hac amoris significatione percipiendâ, expers erat. Sunt, qui osculum hoc ad ritum illum referunt, quo priscis temporibus mortuos exoculari solebant amici superstitites, & Josephum hancce amoris significationem patri suo pro illius seculi genio exhibuisse opinantur. Et negari quidem nequit, ejusmodi consuetudinem omnino apud nonnullas gentes olim obtinuisse. Sic Augustum Cæsarem in osculis Livix suæ defecisse apud *SUETONIUM* in *vita ejus* legimus; Creon filiam mortuam osculabatur n) filios occisos Niobe, o) Meleagrum mortuum forores. p) Idque faciebant, partim, quia, ut peregre abeuntes, sic quoque ex hac vita emigrantes osculo dimitteudos esse censebant, partim, quia exeuntem animam hoc modo excipere apposito hiatu & in se transferre posse stulta credebat Gentilitas. q) At at, hanc mortuorum exosculationem certum consuetumque ritum, perpetuave observantiæ apud Judæos fuisse in dubium adhuc merito a multis vocatur. r) Multo minus ad actum aliquem religiosum osculum illud referri debet, quemadmodum non solum idololatræ ejusmodi oscula inter gentiles dabantur, s) sed & ad hunc usque diem reliquiis sanctorum a pontificiis finguntur. Proficiscebatur potius osculum istud ex naturali affectu, quo ductus fuit Josephus, ut vultui, nunquam postea videndo, osculum daret extremum, & suum erga parentem testaretur amorem.

Spreta

n) Apud *EURIPIDEM* in *Medea*.

o) Apud *OVIDIUM* *Lib. VI. Metamorph.*

p) Apud *eundem* *L. IV. Fastor.* Plura exempla habet *ROSINUS* de *Antiq. Rom.* 9, 8. item *CHRYSOSTOMUS* *Homil. I. de patientia Jobi.* Huc quoque pertinet, quod *Xiphil.* in *Severo* de exequiis *Pertinacis* scribit. *Cum letius rogo imposuisset, Severus propinque Pertinacis statuam ejus osculatur.*

q) Vide *ALEXANDRUM* ab *ALEXANDRO*, & *TIRAQUELLI* in *eundem Annotat. Genial. Dier. L. III. c. 7.*

r) Vide *B. GEIERUM* *l. c. p. 49* & *B. JOH. BENEDICTI CARPZOVII* *notas ad SCHICKARDI jus regium, Cap. VI. Theor. XIX, p. 411.*

s) Hæc post *SANCTIUM* *Comment. in 3 Reg. XIX, 18, n. 60, erudite persequitur LOHMEIERUS* *Dier. genial. Dec. I. p. 339.*

Spreta igitur superstitione illorum, qui mortuis osculum dare noxium & ominosum judicant, siquidem necesse fabulantur esse, ut mox alius quis ex eadem familia moriatur, & defunctum hunc sequatur; t) profligato quoque metu, quod dentibus obsit, si quis confanguineo cadaveri osculum figat, u) nihil certe foret, quod carpi mereatur, si quis & hodie, tenerrimo affectu commotus, exanimati amici funus osculo honoret. Sic ab omni vanitate aut superstitione longissime remotus, osculatur patrem Josephus, non tam, ut *AUGUSTINUS* habet, in subsidium mortui, quam solatium vivi. Quod reliquum est, non tam inspiciendum est osculum, quam ipsa fides, qua Josephus osculatus est patrem. Sciebat enim vir pius, hoc corpus, dum vixit, fuisse templum Spiritus S.; considerabat, Deum per hoc os multa utilia alios docuisse; cogitabat, ex hujus viri carne filium Dei carnem assumpturum; credebat denique, hanc carnem olim resurrecturam, & beatam animam hujus corporis Redemptorem suum visuarum, x)

S. V.

Et hæc de pio Josephi super demortui patris luctu. Nunc cum ipso ad medicos accedere, instituti ratio postulat, quos nempe hæc paginis imprimis lustrare, & de iis, quid videatur, pensitare constitutum erat. Duo autem erunt, ad quæ animum advertere res ipsa jubet. Primo nempe, quinam fuerint isti medici, & deinde, quale officium eis tunc in patris exequiis demandatum a Josepho fuerit. Ad ipsos igitur medicos quod attinet, dantur facrarum literarum interpretes per multi, y) quibus hoc loco vocabulum medici non proprie positum videtur, hincque non veros fuisse medicos credunt, qui hoc condiendi munere fungi soliti fuerint. Primo enim urgent *שׁוֹ עֶבֶר* i. e. *servus*, quod nomen medici

)(2

t) Vide *POLYCARPI LYSERI Josephum* p. 544.
 u) Quod sua experientia probasse vult *SCHICKARDUS*, l. c. p. 410.
 x) Confer *LYSERIUM* l. c. p. 544, ubi simul ad allatum dubium respondet, an Josephus, cadaver istud tangens, contaminatus fuerit?
 y) v. g. *BENEDICTUS PERERIUS Comment. in b. l. p. 1041.* *SEB. SCHMIDTUS Comment. in Genes. p. 801.* *PELARGIUS in b. l. p. 688,* confer etiam *POLI synopsin in b. l. p. 406.*

dicis haud congruat; deinde Septuaginta interpretes pro sua causa excitant, qui per *ἐναφιασὰς* hos medicos reddunt; tertio ad officium medici provocant, quod sit, tractare corpus vivum, & illud vel ab aegritudine praeservare, vel aegrum ad sanitatis statum reducere, non autem mortuorum corporum conditura vel sepulturas curare; denique HERODOTUM & DIODORUM citant, quorum ille apud Aegyptios certum quoddam genus hominum ad condienda cadavera constitutum fuisse testatur; hic vero 2) sequentia tradit: *Qui funera, inquam, mortuorum apud Aegyptios curant, eo exercitio a majoribus tradito, funeris impensam domesticis demortui fuerunt scriptam, sciscitantes, quanto velint sumptu celebrari funus. Tres enim sepulchrorum vel funerum erant species, sumptuosae, medicoris, & humilis ac tenuis. In primam argenti talentum impendebatur, & in secundam minae viginti, tertia perexiguu constabat sumptu. Eorum vero, qui corpus mortuorum curabant, alii erant scissores, qui lapide quodam Aethiopico latus corporis mortui incidebant, quo alium exinaniebant & purgabant: hi non solum contempti, verum etiam execrati & execrati erant apud Aegyptios; qua propter, facta scissura, inde celeri fuga evadebant, valide insequentibus, qui adstabant, lapidesque cum execratione in eos jacentibus, scilicet astimantibus, amici corporis, vulnere illato, esse ab iis violatum. Alii erant corporum curatores, quos appellabant salitores, magna sane in existimatione & honore. Rem istam tandem illustrant more Romanorum, qui Libitinarios appellabant eos, qui locabant aut vendebant ea, quae ad pompam funebrem essent necessaria, vel, qui curam habebant sepeliendorum funerum; tracto nomine a Libitina Dea, in cujus aede asservabantur, quae ad instructionem funebrium pomparum erant necessaria. Habebant autem Libitinarii domi servos, quorum opere utebantur ad pollingenda, hoc est, ad abluenda, unguenda, & confuenda cadavera, qui Pollinctores nominabantur, a poliendis cadaveribus. Designatores autem dicebantur, qui ordinabant pompam funebrem, cuilibet locum & modum incedendi praescribentes. 1)*

S. VI.

1) Lib. II. Cap. 5.

2) Hos Designatores & Libitinarios eadem vota habuisse, quae illi habebant, qui testamentorum captandorum artem professi erant, docet SCALIGER, Lib. VI. de benef. Cap. 38. Ceterum Libitinarii graeco *νεποδίαστὰς*, Pollinctores autem *νεποφοροί* dicebantur. Vid. MATT, MARTINI Lexic, Philol. voc. Libitinarius.

S. VI.

Habent, fateor, allata argumenta in se aliquid roboris, sed non tantum, ut nos sententia de Medicis, improprie & abusive ita dictis, subscribere cogat; ut potius artis salutaris & medicæ vere peritos illos fuisse, a quibus Jacobi, beate extincti, corpus nunc condiendum erat, non sine certa animi persuasione ac fiducia asseramus. Ad est enim primo expressum nomen מִדְּבָרִים, quod *medicos* proprie significat, & cum voca מִדְּבָרִים confundi haud debet, b) per quos *Rephaim gigantes* validi ac robusti, & per antiphrasin *mortui* intelliguntur, qui nullo medicamine (a מִדְּבָרִים sanavit) sanari & in vitam revocari possunt. c) Cur vero a propria horum medicorum significatione recedere, aut illos abusive ita hoc nostro loco dictos putare debeamus, necessitatem non video. Erant ergo isti quoque viri ex præclaro illo, & de genere humano optime merito Medicorum ordine, qui artem medendi, de qua nomen habent, didicerunt, & tam felici successu exercent, ut corpora, morbis afflicta, ad pristinum sanitatis statum per exhibita media restituant. d) Quam

)(3

b) Id quod Septuaginta illi Alexandrini olim fecerunt, locum *Esâ*, XXVI, 18. ita vertentes: Ου δε ΙΑΤΡΟΙ ε μὴ ἀνασασσοσι, cujusmodi errorem quoque commiserunt, verba Davidis *Psalms* LXXXVIII, II. Μη ΙΑΤΡΟΙ ἀνασασσοσι ναὶ ἐξαμεινοῦσθε οὐ, reddentes. Quos *Vulgata* ad partem secuta est: Num *Medici* suscitabunt, & consuebuntur tibi? Cum tamen in utroque loco de gigantibus potius sermo sit, sive, ut B. GERHARDUS *Loc. Theol.* T. IX p. m. 1086. habet, de oppressoribus & persecutoribus *Ecclesiæ*. Vide S. Vener. Domini D. CARL. GOTTL. HOFMANNI, eminentis in *Academia Vitembergeni Theologi Program. Fest. Pasch.* 1742. de *negata Medicorum resurrectione*, doctissime conscriptum; quodque ejusdem *variis sacris, sive opusculis Academicis* hoc ipso anno editis insertum est p. 39 ut & B. AU. PFEIFFERII *dubia vexata* p. 702.

c) Conter. B. SALOM. GLASSIUM in *Rhetorica sacr.* p. m. 81. & JAC. GUSSETII *Lexicon Hebr.* lingua p. 1528. Et qui מִדְּבָרִים *mortuos* significare asserunt, *Judeos* sequentes, in quibus est BEN MELECH in *Michlal Josphi* ad *Psalms* LXXXIX, II a radice מִדְּבָרִים derivant, tertia radicali נ & pro ה alterante. Est autem מִדְּבָרִים *solutum & remissum esse*, statuuntque non improbabiliter, *mortuos* sic appellari, quia eorum vinculum, quod corpus aminamque, dum viverent, constrinxerat, *solutum est*.

d) Substantivum *Medicus* proxime est a verbo *medendis* remotius autem derivatur a *medio*. PRISCIANUS *Lib. V, in XII. verb. Antid. Lib. V, Medicus* quo-

Quam ob rem liber Siracidis *Cap. XXXVIII, r. seq.* medicos a nobis honorandos docet, & quidem ex duplici ratione, una latet in illo *περὶ τὰς χεῖρας*, medico enim opus est nobis, corpore male affecto; altera, quia est ars plane divina, quam Medicus profitetur, & artium nobilissima, sive consideres Autorem & principium, quod est Deus, qui Adamo cum cæteris scientiis eam indidit, a quo etiam herbarum & plantarum aliarum huc spectantia, itemque eximia ingenia sunt, imo & successus, nam

Ni Deus affuerit, viresque affuderit herbis

Nil vel Dictamnus vel Panacea, potest,

sive Objectum spectes, quod est corpus humanum; sive denique effectum, qui est sanitas. e)

§. VII.

Nec huic *רפואה* titulo contrarium esse potest adjectum *עבד* *servi* nomen. Quis enim ex hoc colligat, peculiare fervorum genus fuisse, quibus conditura tum temporis incumberet, aut Medicos olim apud Ægyptios fervorum loco habitos fuisse, sicuti idem apud Romanos, dum adhuc barbara & inculta gens erat, in usu fuit. f) Scimus enim, vocabulum *servi* in sacris literis latius patere, quam ut semper hominem humilem & ultimæ conditionis in domo significet. g) Imprimis fervorum regis nomi-

quoque inde videtur dictus, quia temperantia medium est inaequalitatis que solet fieri ex contrariis elementis. Nempe Medicus est, qui exorbitantem temperiem reducit ad medium statum inter *υπερβολὴν καὶ ἑλλειψιν*. i. e. excessum & defectum. Vid. *MATT. MARTINI Lex. Philol. voc. Medicus.*

e) Ineptus igitur est Apollo, qui se Medicinæ inventorem jactat, aut potius jactare fingitur apud *OVIDIUM* dicens.

Inventum medicina meum est opiferque per orbem dicor.

f) Vide *JOH. FRID. BOECKELMANUM de medico Romano sexaginta solidis estimato recens Lipsia 1741. & JUL. CAT. SCHLAGERI historiam litis de Medicorum apud Romanos degentium conditione, p. 17.*

g) Ejusmodi servos habebant & Judæi & Romani. Apud Judæos erant servi bello capti, empti Chananæi, aut Hebræi, [qui cum liberi nati essent, se ob inopiam in servitutem tradebant] & vernæ in domo herili nati vide *SELDENUM de Jure nat. & gent. Cap. XIV seq. p. 737. & OTHONIS Lexicon Rabb. Philol. p. 596. seq.* In amplis autem Romanorum familiis tres erant ordines. & gradus fervorum, ordinarii nempe, vicarii & medifitini. Ordinarii assignata erant certa munera, ut alii essent sutores, alii vilici,

nomine quam sapissime veniunt tum ministri, qui privatim regi ministrant, Gen. XL, 1. 1 Sam. XV, 16. 17. tum illi, qui praef. eti sunt administrationi regni, nempe officarii seu proceres. 1 Sam. XVIII, 30. 2 Reg. V, 6. tum milites, qui in bello regi serviunt, 2 Sam. II, 12. 13. 1 Reg. XX, 12. h) Josephus igitur tantus vir, utpote procerum in Aegypto caput, & regni Gubernator, jussu regis Pater patriae nominandus, sine dubio quoque, uti aulam omni pompa instructam habebat, ita inter alios aulicos suos Medicis stipatus erat, quorum ministerio libere & pro arbitrio utebatur. Et hi ipsi erant, quibus condiendi munus nunc ut Dominus praecipit. Quod ergo Syracides habet de medicis *ἐναντί μεις ἀνάγει* *ἑαυτοῦ δόσθα*, Cap. XXXVIII, 3. i) illud hoc Josephi exemplo comprobatur, qui, licet natu Judaeus esset, a medicis tamen non abstinebat, k) ut potius morbis afflictus illos adhiberet, uti post eum

rex

villici, alii penum curarent, alii cubiculum. Vicarii non habebant certum aliquem ordinem. Mediasini erant, qui domum verrebant, & aquam ac ligna comportabant, & semper versabantur in medio, nempe, quasi in medio stantes, ad omnia officia, quaecunque ab hero imponerentur vilia & domestica parati. Vide *CARL du FRESNE glossarium voc. servitus*.

- h) Sic passim apud *HOMERUM* in *Iliad* graeci vocantur, *ἀγροὺς θεράπωντες* i. e. servi seu famuli Martis, quasi dicat, milites ejus, atque adeo per hoc epitheton, quod Graecis tribu tur, denotatur, quod essent viri bellicosissimi.
- i) Exempla medicorum, magnis donis a principibus dimissorum, collegit *CAMERARIUS Cent. I, hoc. subcis. c. 4. p. 47.*
- k) Judaei magno odio Medicos olim habere solebant, nec sine contumelia dicere: *Optimus inter Medicos* (vel inter medicastro, ut modeste hunc locum e Talmud citans vertit *SCHICKARDUS*, judicio *B JOH. BENED. CARPZOVII ad Schick. T D p 55*) *ad gehennam*, in *lib. Kidduschim p. 82. col. 1.* cujus assertionis rationes e Glossatore Judaico has assert *D. JOH. MULLENUS in Jud p. 12. 1453.* quia multos incaute occidit medicus, quos per artem servare potuisset; multos pauperes mori patitur, quos in vita per medicamenta servare potuisset; multis cibum & potum sanorum permittit, qui us morbum potius ipsis auget, donec tandem succumbant; multos a spe in Deum avertit, & fiduciam in se transfert. Plura in medicos vituperia judicia collegit *BUXTORFFIUS Lex. Talm. p 153.* & hoc in medicos odium in culpa quoque esse conjeetat *Celeb. Dominus D. HOFMANNUS, cur LXX. verba prophetica supra allata transfulerint: ὁ δὲ ΙΑΤΡΟΙ & ΜΗ ἀνάσθησσι*, Caterum de medicis parum honorifice sensisse *PLINIUM* ex ejus *historia Nat. Lib. XXI, c. 1.* & pluribus aliis locis constat,

rex Assa, pedibus laborans, illos, nimia licet fiducia, in consilium vocabat. 2 Paral. XVI, 12. Imo in ipso templo Hierosolymitano sacerdotes ob discalceationem viscerum doloribus ex algore pedum crebro laborantes peculiarem habebant *מכונה על החורים* praefectum aegrotorum, seu medicum, qui valetudinis ipsorum ageret curam. 1) In genere de antiquis illis Aegyptiorum medicis notandum est, quod illi ad sacros homines, seu sacerdotes pertinuerint, licet diversi gradus eorum fuerint, quippe referendi huc etiam sunt pollinctores, seu Libitinarii, de quibus *DIODORUS* (m) & hoc prodidit, quod sint homines, qui artem a majoribus acceptam exerceant & propagent. Eosdemque testatur, Aegyptios omni honore atque cultu dignari, cum inter sacerdotes sint, & in sacrum ut homines sacri libere ingrediantur. n) Sive igitur Josephum utpote summi sacerdotis generum, sacerdotum ordini adscriptum intelligamus, sive simpliciter Proregem; pollinctores illi, utpote de sacerdotum collegio viri, non magis erant Josephi servi, quam ipse Josephi socer. o)

S. VIII

1) Confer. *JOH. BRAUNIIUM de vestitu sacerdot. hebr. c. 1. c. III, §. 2. p. 44. seq.* & *MELCH. LETDEKKERUM de republica hebraeorum LX. Cap. III, §. 4. p. 591.* Ex quo apparet, Medi os non apud omnem hunc populum in contemptu fuisse, id quod & Esseni testantur, quos nonnulli medicam artem excoluisse credunt. Vide S. Vener. Domini *D. JOH. GOTTL. CARPZOVII Apparatum Antiquit. in Gooduvini Mos. & Aet. p. 217. seq.*

m) *Bibl. histor. L. II, p. 81. 82.*

n) Propius ad conditionem medicorum, qualis illa apud Aegyptios fuerit, inspicendam nos admittit *HERODOTUS*, quando inquit: *Medicina ita distributa est professio, ut singulorum morborum singuli sint Medici, nonnulli simul plures curandos suscipiant. Omnia autem medicorum plena sunt. Alii oculis medicinam faciunt. alii capiti, dentibus alii, rursus alii ventri medentur, a quibus diversi sunt, qui morbis occultis medentur.* Et *Medicinx hoc breve encomium scripsit SOCRATES, in encomio Bysitidis: Sacerdotes tot commodis gaudentes ad iuvanda corpora medicinam venerunt; non eam, que periculosis medicamentis utitur, sed ejusmodi, quae, quam aequo tuto sumi possunt, ut cibi quotidiani, tantas utilitates habent, ut nemo neget, & saluberrimis esse corporibus, & diutissime vivere Aegyptios.*

o) Conf. *PROSPERI ALPINI opus de medicina Aegyptiorum & JOH. HEINR. SCHULZII Historiam Medicina Cap. III, p. 24. seq.*

Præterea Septuaginta Alexandrini vertunt, fateor, hos medicos, per ἐνϕιασας, quasi sepultores eos fuisse indicarent; sed sicut eorum autoritas apud nos tanta non est, ut illis in omnibus cæcum præbeamus assensum; ita tamen versio ipsorum hoc loco immerito notatur. Nam quis non videt, hoc ipsum sepulchris nomen haud exprimere vim illius vocis græcæ, ac proinde ὁ ἐνϕιασας ad medicos nostros commode admodum referri posse, ita tamen, ut ideo non fiant sepultores. p) Quod autem Medicorum opera multifarie non solum in morbis, sed & post mortem apud cadavera adhibeatur, quotidiana experientia nos docet. Hinc mittimus rem istam, & intuemur potius ipsum condiendi officium Medicorum, quod considerandum nobis super est. Textus enim habet: *Aromatibus condi- verunt medici ipsum Israel.* q) *Ægyptii nempe defunctorum cor- pora, ut apud multas gentes factitatum legimus r) non crema- bant s) sed, quod Romanis quoque pariter ac Græcis postea fa- miliare*

)(X)

p) Nam recte AUGUSTINUS in locution. ad Genes. Non invenit lingua latinae quemadmodum appellaret ἐνϕιασας, non enim ipsi sepeliunt, i. e. terra mandant corpora mortuorum, quod græce non ἐνϕιασας sed ἐθαλασσα. Illi ergo ἐνϕιασας id agunt, quod exhibetur corporibus humanis vel condiendo, vel secando, vel involvendo, vel alligando, in quo opere maxime Ægyptiorum cura præcellit.

q) Ad quæ verba MUNSTERUS: significat מנחן facere pigmentum מוסמ i. e. speciebus aromaticis, quo corpora defunctorum inuncta, incorrupta manent multo tempore. Vide eum in Criticis sacris ad b. l. p. 427. Et recte MUNSTERUS, nam ita Rabbinii sentiunt, teste BEN MELECH in Michal ad b. l. ubi הושיע מים וסמים interpretantur per מים וסמים opus aromatum, quod adhibent mortuo, ut caro ejus persistat per plures dies ne corruptatur & putrescat.

r) Vide Disputationem meam de ossibus Regis Edom combustis, hab. Lips. 1733.

s) Rationem hinc reddet HERO OTUS Lib. III. scribens: Neque apud Persas neque Ægyptios moris fuit cremari cadavera: Apud Persas quidem, quoniam illi arbitrantur, ignem esse Deum, nefas ducebant, cadaveribus pasci Deum: apud hos vero, quod persuasum illi haberent, ignem animatam esse bestiam, & omnes, que nascuntur, devorare; & postquam devorando fuerit completa, cum devoratis ipsam quoque emori.

miliare erat, t) mortuos suos ungebant u) hoc potissimum modo: incuruo nempe ferro cerebrum per nares educebant, ejusque locum medicamentis & odoribus explebant; deinde acutissimo lapide Æthiopico illa conscissa & alvum omnem extrahebant, quam post repurgationem iterum in sedes suas reponebant, ac infarctis odoribus consuebant; postea saliebant intra abditum septuaginta dies; his exactis cadaver abluebant, syndone bislina totum incisis loris involuebant, gummi illinientes, & in ligneam hominis effigiem, ad hoc factam, includebant atque ita reponebant. x) Dubium ergo superest nullum, quin hunc unguendi ritum & demortuo Jacobo suo a Medicis tunc adhiberi voluerit Josephus, tum, ut etiam hac in parte Ægyptiorum morem servaret, tum, ut Jacobus eodem modo, quo magnates apud Ægyptios sepeliretur, ostenderetque, Jacobum quoque virum magnum fuisse coram Deo, y) tum maxime, ne ante justum tempus cadaver putrere & fœtere inciperet. Sunt enim illæ regiones admodum calidæ, in quibus corpora mortuorum non diu asservari possunt, Lazarus mortuus quatridianus jam fœtere dicitur. Joh. XI, 29. Quia ergo Jacobus transvehendus erat in terram Chanaan,

e) Postea unguenti voluptas a Romanis inter laudatissima atque etiam honestissima vite bona admissa est; honosque is & ad defunctos pertinere cepit; inquit PLINIUS N. H. Lib. XII cap. I.

u) Idem PLINIUS I c. Lib. II, cap. 37. inquit: Ægyptiis mos est, cadavera adseruare medicata, i. e. a medicis uncta & condita aromatibus.

x) Vide quoque DIODORUM SICULUM, qui Lib. I. Biblioth. num XVI in hunc modum Ægyptiorum condituram describit: Quamprimum ad sebi cadaveris curationem convenere (Tarichentæ sive, qui cadavera condunt) unus per hiatus manu ad præcordia immersa, quicquid intestinorum est, præter cor & renes extrahit. Alius alvum cum visceribus singulis repurgatum vino palmeo aromaticisque odoribus perluit. Lotum deinde cadaver ad dies plures XXX unguento primum cedrino aliisque delibatum reddunt. Myrrha deinde ac cinamomo aliisque non longiori tantum conservationi, sed etiam fragrantie aptis conditum propinquis reddunt. Et Confer. BENED. PERERII Comment. in Genes. p. m. 1442. & PAREL Comment. in h. l. p. 45.

y) Pertinet huc sæpe citati BEN MELECH ad h. l. iudicium, quod latinis verbis ita habet: septuaginta Dies: nempe, quadraginta ad pollicenturam & triginta ad luctum, quod præstant omnibus viris magnis, quemadmodum videmus de Pharaone & Mose, Magistro nostro: nisi quod hæc hoc officium præstabatur post sepulturam, Jacobo autem ante illam.

naan, & multum temporis interventurum erat, antequam terræ mandaretur; Josephus eum ungi voluit. Computemus enim. Unxerunt eum XL. diebus, deinde luxerunt eum LXX. diebus; qui dies, si primo separatim sumpti postea jungantur, conficiunt CX. dies. z) His adde, si rectà iter fiebat ex Ægypto in terram Chanaan, fuit iter XL. dierum. At vero Josephus parentis funus duxit per desertum, ut per Jordanem demum in terram Chanaan penetravit; unde colligitur, semestrem propemodum integrum abiisse, antequam Jacobus veniret ad locum suæ sepulturæ. Itaque necessè est, fuisse unguenta pretiosa, & balsamum admodum efficax, quod corpus ab omni fœtore & putredine tam diu asservavit.

§. IX.

Sed satis de medicis Ægyptiacis, & forte etiam plus satis. Ab illis ergo discedens, ad *Te* nunc Præcellentissime Domine DRECHSLERE me converto, Medicum Numburgensem experientissimum ac felicissimum, focerum simul filiali cultu prosequendum! diemque feralem Jacobi mittens, hodiernum natalem *Tuum* pari pietate prosequor. *Te*, Jacobi fata per vitæ *Tuæ* curriculum magna ex parte expertum, benignum numen nobis huc usque superstitem servavit. Gaudent hoc Dei beneficio in sinu omnes, quos arte *Tua* salutari erigis, ægroti, gaudent amici, gaudet familia & omnis *Tua* proles, gaudeo & ipse, quem, filiâ in matrimonium datâ, inter *Tuos* recipere ante duodecim abhinc annos dignatus es. Jamque hæc mea *Tibi* nuncupo pia vota, velit Deus T. O. M. vitam *Tuam* ad annos usque, si non Abramiticis aut Nestoreos, quod per senescentis naturæ nostræ debilitatem fieri hodie vix queat, ferros tamen, & summum Mosaicum terminum aut attingentes, aut super-

2) Nisi tamen malimus cum allegato modo BEN MELECHO diebus luctus etiam dies pollincturæ accensere. ita, ut etiam per XL. pollincturæ dies Ægyptii eum lugerent, & adeo omne tempus & pollincturæ & luctus simul LXX. dies absolvent. Nihil enim prohibet, funus etiam tempore condituræ deseri potuisse.

superantes protrahere; det animi vires æque ac corporis sanitatem, ut, quam ipse habes, multis, a quibus in consilium vocaris, reddere possis. Corrobores vires senectute hinc inde languentes, quod dilectissimæ domui diu adhuc prodesse queas, imo & ipse ego cum meis multa ex pretiosissima vita *Tua* oblectamenta capiam. Servet *Te Tuosque* propitium numen sartum tectumque, donec tandem, confecto feliciter vitæ spatio, dierum & meritorum satur cum Jacobo p'ia placidaque morte decedens, ad beatas sedes redeas. Interim, quoad inter nos, *Tui* observantissimos, *Tuique* cupidissimos agis, is, qui est Amen & Veritas, *Tibi* verbum suum *Exod.*

XV, 26. populo suo datum, largissime comprobet: *Ego Jehovah sum tuus Medicus!* Ita vale, *Tuisque* & mihi fave

Ω ΙΑΤΡΕ ΑΝΕΡ ΠΙΟΛΛΩΝ ΑΝΤΑΞΙΕ ΑΛΛΩΝ.



Ua 1612. 8^o

2

ULB Halle

3

003 856 135




56.

VD18

VD17





79

OTTONIS NATHAN
S. S. THEOLOG. LICENTIATI
ET LEVINI MAGDEBURG. A

MELET
DE

SERVIS J
MED

AD GENES.
CONSCR
E

ÆSTUMATISSIMO
NATALEM SEPTUAGE
NUMBURGI C
OBSERVANTIÆ ET
ERGO D



MAGDE
PRELO Godof
M. DC



Farbkarte #13

Centimetres
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Inches
1 2 3 4 5 6 7 8

B.I.G.
Black

